Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

cubitum beatae retributionis ex parte habent
in hac uita electi. sed cubitum beatae retribu
tionis ex parte habent. in quantum gaudia
regni perennis & praesentiam sui conditoris
possunt desiderii praegustare caelestibus.
Cuius etiam cubiti adimplectione tunc beati fi
cantur. cum fuerit sermo quem omni electo
rum populo promisit in fine futurū dicens.
Eripiam eū & glorificabo eum. longitudine
dierū adimplebo eū. & ostendam illi salutā
re meū. In lateribus tabulae duae in castra
turce fient. quibus tabula alteri tabulae con
nectatur. atq: in hunc modū cunctae tabulae
parabuntur in castratura. In lateribus tabu
larum. uirtutem designant humilitatis in mem
tibus iustorū. per quam maxime sibi inuicem
fraterna caritate iunguntur. Dum enim sin
guli quique eorum corde contrito & humiliato
receptaculū in se proximorū dilectioni prae
parant. & diligendi se fratribus merito pie
tatis ac deuotionis exhibent. quasi tabulae
omnes tabernaculi in alterutrum per incas
tratura nexum copulantur. Et quidem
erecto tabernaculo ac regulariter ante